



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De contritionis veritate aureum opus Fratris Joa[n]nis  
Viualdi de Monte regali. ordinis fratrum predicatoru[m]  
sacre pagine professoris**

**Vivaldus, Joannes Ludovicus**

**[Augsburg], 1518**

**VD16 V 1772**

Widmung

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30734**

Reuerendo ac magnifico concilio illustrissimi et  
excelsi principis domini: domini Ludouici mar-  
chionis salutarum atq; viceregis neapolitani:  
Franciscus cauacia iuris vtriusq; doctor prefati  
principis consiliarius: astensisq; vicarius genera-  
lis. S. P. D.

Cum plura laudabilia opera reuerendi magnifici patres: per venera-  
dum patrem optimum sacræ theologie doctorem eximium magistrum  
Io. Ludouicum viualdum ordinis Predicatorum edita/nouiter forent impi-  
menda: consuli atq; laudau hunc tractatū de veritate contritionis a reue-  
rentia sua compilatum/arti imprimentum ante omnia esse tribuendum.  
Hic em̄ tractatus est totus aureus mira deuotione relucēs. Exceditq; procul  
dubio cunctas physicas disciplinas: vt pote primam summamq; philoso-  
phiam continens; quæ sola animas sitientes ad fontem perennis vitæ diri-  
git. Physice quidem discipline in cenosis riuulis bibere dicuntur/quia natu-  
ralia tantummodo speculantur vt sunt cognoscibilia lumine naturalis ra-  
tionis. Ideo si aliquas veritates docent/hoc sit per longa tēpora/& cū mul-  
torum errorum admixtione. Sed hæc nostra philosophia sitibundas ani-  
mas sic recreat/sic reficit/sic consolatur: vt breui tempore nudam verita-  
tem/quæ christus est/sine erroris nebula possit ostendere. Et cū opus istud  
adeo elimatum/adeo ingenue & accurate castigatum sit: vt nihil addi vel  
detrahi possit/ad ipsum capescendum atq; perlegendum magnificentias  
vestras hortor. Quas in domino bene valere opto: